

cinus. Sed aliud sunt ea que creduntur. aliud fides qua creduntur. Illa quippe in rebus sunt que vel esse vel fuisse vel futura esse dicuntur. Hanc tamen in animo credentis est: ei tamen conspicua cuius est quis sit et in alijs non ipsa sed similitudo. Non enim numero est una: sed genere. propter similitudinem tamen et nullam diuisitatem magis unam dicimus esse quam multas. Nam et duos homines simillimos cum videmus: unam faciem dicimus: et miramur ambo. Facilius itaque quis dicit multas animas fuisse singulas utique singulorum: de quibus legimus in actibus apostolorum. quod si fuerit anima una: quod ubi dixit apostolus. Una fides: tot eas audet quisque dicere quam fideles. Et tamen qui dicit: Mulier magna est fides tua et alteri. Modice fidei quare dubitasti: suam cuique esse significat. Sed ita dicit eadem credentium fides una: quod admodum eadem voluntatum voluntas una: cum et in ipsis que hoc idem volunt sua voluntas sic cuique conspicua: alterius aut lateat: quis idem velit. Et si aliquibus si quis sese indicet: creditur potius quam videtur. Unusquisque autem sui animi conscius non credit utique hanc esse suam: sed plane puidet voluntatem. De voluntate quam et singuli propria et omnes etiam non indicantur prout habent eam. **Ca. III.**

Et quedam sane eiusdem nature videtur et uentis et ratione utentis tanta conspiratio: ut cum lateat alterum quid alter velit: nonnullae tamen sint voluntates omnium etiam singulis notae. Et cum quisque homo nesciat quid homo alius unus velit: in quibusdam rebus possit scire quid omnes velint. Unde illa cuiusdam mimi facitissima predicatio ubi aenitas. Qui cum se permisisset in theatro quod in animo haberent et quid vellent: omnes alijs ludis esse dicuntur: atque ad diem constitutum ingenti expectatione maior multitudo conflueret: suspensis et silentibus omnibus dixisse prohibetur. Tale vultus emere: et care vendere. In quo dicto leuissimi scenici omnes tamen conscientias inuenerunt suas: eiusque vera animo oculos omnium constituta: et tamen improuisa dicenti admirabili fauore plauserunt. Cur autem tam magna expectatio facta est illo permittente omnium voluntatem se esse dictur: nisi quia latent hominum aliorum hominum voluntates: sed nunquam ista latuit istis: nunquam que latet. Qua tamen canis si quis se quedam que non inconuenienter in alijs desequis coniciat: eopatiere vel respiciat vitio seu natura. Sed aliud est videre voluntatem suam: aliud (quod certissima pietate) coniciere alienam. Nam perditam romam tam certum habeo in rebus humanis quam constantinopolim: cum romam viderim oculis meis: de illa vero nihil nouerim

nisi quod alijs testibus credidi. Et minus quidem ille vel seipsum ita uedo: vel alios quam experiedo: velle emere: et care vendere: omnibus id credidit esse commune. Sed quoniam reuera verum est: potest quod adipisci eiusmodi: vel alicuius alteri vitium quod huic contrarium est incurrere pestilentiam que huic resistat et vincat. Nam scio ipse hominem cum venalis codex ei fuisset oblatas: periculis eius igna et ideo quiddam exiguum poscerem cererent venditor: iustum precium quod multo amplius erat: nec opinanti dedisse. Quid si etiam sit quisque nequicia tanta possessus: ut vili vendat que dimiserunt parentes: et caro emat que presumat libidines: non est ut opinor incredibilis ista luxuries. Et si querant tales repiantur: aut etiam non quesiti fortassis occurrant: qui nequicia maiore quam theatra propositi vel pronuntiationi theatrae insultent: magno procio stupra emendo: paruo autem rura vendendo. Largitionis etiam gratia nouimus quosdam emisse frumenta carius: et vilius vendidisse suis ciuibus. Illud etiam quod verus poeta dixit. Ennius: omnes mortales sese laudari exoptant: perfecto et de seipso et de his quos expertus fuerat coniecit in alijs: et videtur pronuntiasse hominum omnium voluntates. Denique si et minus ille dixisset: laudari omnes vultis: nemo vult vituperari: sicut quod esset omnium voluntatis dixisset videtur. Sunt tamen qui vitia sua oderint et in quibus sibi displicent ipsi: nec ab alijs se laudari velint: gratia se agant obiurgantium beniuolentiae: cum id vituperantur ut corrigantur. At si dixisset: omnes beati esse vultis: misericordie non vultis: dixisset aliquid quod nullus in sua non agnosceret voluntate. Quicquid enim aliud quisque latenter velit: ab hac voluntate que omnibus hominibus satis nota est: non recedit.

De beatitudine quam omnes una voluntate expetunt: sed non eadem omnes definitione nouerunt. **Capitulum III.**

Primum est autem cum capescere atque retinere beatitudinis voluntas una sit omnium unde tanta existat de ipsa beatitudine rursus varietas atque diuersitas voluntatum. Non quod aliquis eam nolit: sed quod non omnes eam noverunt. Si enim omnes eam nosset: non ab alijs putaret eam in virtute animi: alijs in corporis voluptate: alijs in vtraque et alijs atque alijs: alibi atque alibi. Et cum eos que res maxime delectauit: ita in ea constituerunt vitam beatam. Quod igitur feruentissime amat omnes: quod non omnes sciunt: quod potest amare quod nescit. Sicut iam de hac re in libris superioribus disputavi. Cur ergo beatitudo amat ab omnibus: nec tamen scitur ab omnibus? An forte sci

unt oēs ip̄a q̄ sit: s̄ nō oēs sciūt vbi sit: et inde cōtentio est. Quasi vero de aliq̄ mūdi hui⁹ agat loco: vbi debeat quisq̄ velle viuere: q̄ vult beate viuere: ac nō ita q̄rat vbi sit beatitudo sicut q̄rat q̄ sit. Nam vtiq̄ si in corpis voluptate est: ille beatus est: qui fruif̄ corporis voluptate. Si in virtute aī ille qui hac fruif̄. Si in vtraq̄: ille q̄ fruif̄ vtraq̄. Cū itaq̄ ali⁹ dicit: beate viuere est voluptate corpis fruif̄. Alius aut̄ beate viuere est virtute animi fruif̄: nō ne aut̄ ambo nesciūt q̄ sit beata vita: aut̄ non ambo sciūt. Quō ḡ amat̄ eā si nemo pōt amare qd̄ nescit. An forte falsum est qd̄ p̄ verissimo certissimoq̄ posuim⁹: beate viuere oēs homines velle. Si ei beate viuere est (vbi gratia) fin̄ animi virtutē quō beate viuere vult: q̄ hoc nō vult. Nōne veri⁹ dixerimus: hō iste non vult beate viuere: qz nō vult fin̄ virtutē viuere: qd̄ soluz est viuere. Nō igit̄ oēs beate viuere volunt imo pauci h̄ volūt: si nō est beate viuere nisi fin̄ virtutē animi viuere: qd̄ multi nolūt: ita ne falsuz erit. Cū nec ip̄s academicis cum oīa dubia sint: academicus ille cicero dubitauit: q̄ cum vellent in hortēso dialogo ab aliq̄ re certa d̄ q̄ null⁹ ambigeret sumē sue disputatiōis exordii. Beati certe inq̄t oēs esse volum⁹: absit vt h̄ flm̄ esse dicam⁹. Quid igit̄: an dicenduz est etiā si nihil sit aliud br̄e viuere: q̄ fin̄ virtutem animi viuere: tñ et q̄ h̄ nō vult: beate vult viuere. Mimis quidē h̄ videt̄ absurdū. Tale ē enī ac si dicam⁹: Et q̄ nō vult beate viuere: br̄e vult viuere. Istā repugnātiā q̄s audiat: q̄s ferat et tñ ad hāc ptrudit necessitas. Si et oēs br̄e velle viuere verū est: et non oēs sic volunt viuere: q̄ modo solum viuunt beate: verum est.

An oēs br̄i sint q̄ viuūt vt volūt. **Ca. V.**

N forte illud est qd̄ nos ab his angustijs possit erucere: vt quoniam diximus ibi quosq̄ posuisse beatam vitā qd̄ eos maxime delectauit: vt voluptas epicuri: virtus zenonem: sic aliū aliquid aliud: nihil dicamus esse beate viuere: nisi viuere fin̄ delectationē suam: et ideo falsum nō cō: quomnes beate viuere velint: qz omnes ita volūt: vt quēq̄ delectat. Nam et h̄ populo si pnunciatum esset in teatro: omnes id in suis voluntatibus inuenirent. Sed hoc q̄s cicero cum si bi ex aduerso pposuisset: ita redarguit: vt q̄ hoc sentiant: erubescant. At enī. Ecce autēz non philosophi quidem: sed prompti tamen ad disputandum: omnes aiunt esse beatos: q̄ viuant vt ip̄i velint: hoc est qd̄ nos diximus: vt quosq̄ delectat. Sed mox ille subiecit: falsum id quidem. Nolle enī quod non deceat:

idipm̄ miserimum est. **N**ectam miserum est non adipisci qd̄ velis: q̄s adipisci velle qd̄ non oporteat: p̄clarissime omnino atq̄ verissime. Quis nanq̄ ita sit mente cecus: et ab omni luce decoris alienus: ac tenebris dedecoris inuolutus: vt cum qui nequiter viuunt ac turpiter nullo prohibente: nullo vlciscēte: et nullo saltem reprehendere audente: insuper et laudatibus plurimis (quoniam sicut ait scriptura diuina: Laudatur peccator in desiderijs anime: et qui iniqua gerit: benedicitur) implet omnes suas facinorosasissimas: et flagiciosissimas voluntates: ideo beatum dicat: quia viuunt vt vult: cum profecto quis et sic miser est: minus tamen esset si nihil eorum que perperam voluisset habere potuisset: mala enī voluntate vel sola quisq̄ miser efficitur: sed miserior potestate: qua desiderium male volūtatis impletur. Quapropter quoniam verum est qd̄ omnes homines esse beati velint: idēz vnum ardentissimo amore appetant: et ppter hoc cetera quecunq̄ appetunt: nec quisq̄ pōt amare qd̄ oīno quid vel quale sit nescit: nec pōt nescire qd̄ sit qd̄ velle se scit: sequit̄: vt oēs beatam vitam sciant. Omēs aut̄ beati habent quod volunt: quis nō omnes q̄ habent qd̄ volunt cōtinuo sint beati. Cōtinuo aut̄ miseri qui vt nō habent qd̄ volunt: vel id habent qd̄ nō recte volunt. Beatus igitur non est nisi q̄ et habet omnia que vult: et nihil vult male.

Priorem esse beatitudini voluntatem rectam etiam non adeptam quod cupit q̄ prauam etiam si quod concupiuit obtinuit.

Capitulum. VI.

Cum ergo ex his duobus beata vita constet: atq̄ omnibus nota: omnibus cara sit: quid putemus esse cause: cur horum duorum quando vtrūq̄ nō possunt magis eligant homines: vt omnia que volunt habeant: q̄s vt omnia bene velint etiā si non habeant. An ip̄a est prauitas generis humani: cum eos non lateat: nec illum beatum esse qui quod vult non habet: nec illum q̄ qd̄ male vult habet: sed illū qui et habet quecunq̄ vult bona: et nulla vult mala: ex his duobus quibus beata vita pficitur q̄n vtrūq̄ non datur: id eligatur potius. vnde magis a beata vita receditur. Longius quippe ab illa est quicunq̄ adipiscitur male concupita: q̄s qui non adipiscitur concupita: cum potius eligi debuerit voluntas bona atq̄ preponi: etiam non adepta que appetit. Propinquat enim beatorum: qui bene vult quecunq̄ vult: et que adeptus cum fuerit beatus erit. Et vtiq̄ non